

testem limitatur in pluribus, signanter in causa matrimonii; ut docet Farinac. dicitur. *questione 60. num. 72.* Non obstat secunda obiectio, ex inimicitia resultante ratione injuria illata: quia hoc procedit intercedente inimicitia capitali, ut explicat Farinac. *quest. 53. num. 52.* cum sequentibus & inimicitiam capitalem contra eum non habet puella, quia ipsius consortium desiderat; ac demum quia inimicitia objectum adminiculis putatur, ut alii relatis probat Baiardus, *ad Clar. S. fin. questione 24. num. 24.* Non tercium, quia loci criminis dictum in crimibus difficilis probationis admittitur, late Farin. *quest. 43. n. 56. cum seqq.* & specialiter in crimen stupri, ut idem probat, *d. num. 96. cum seqq.* Et quamvis aliqui Doctores tenent, quod creditur torquendus sit, per Text. in l. quoniam liberi II. *Cod. de testibus*, tradunt Clari, in *S. fin. quest. 21. num. 3.* Malcard. de probat. conclus. 1311. numero 38. Farin. *dicit. quest. 43. num. 56. & n. 134.* Carpov. part. 3. *quest. 121. num. 28.* qui alios referunt. Hoc procedit, quia per confessionem criminis infamis fieri solet; puella stuprum passa seducta presumitur, & sic delictum non patrasse dici possit; & si deliquerit, non redditur infamis, inquit neque in honesta est, dum amplexus aliorum non admittit, ut docet ipse Farin. *quest. 137. num. 82.* Et sic pluries in terminis superiori relatis, vidi in praxi admitti simile indicium assertioris puellæ, cum adminiculis: sine illis despici semper.

CONTROVERSIA LIII.

De exceptione impotentiae ad covenorem, in crimen stupri.

SUMMARIUM.

1. Facili species narratur.
2. Generatio sequi potest ex simplici genitalium approximatione.
3. Semine virili emissio, absque commixtione corporum, potest subsequi generatione, dum femina vi attractiva, qua potitur, trahat uterum.
4. Generare possunt mares pene abscissa. & n. 22.
5. Stuprum committitur quoties virginis integritas corrumptur.

6. Stuprum committitur etiam si effractione claustrorum pudoris non sequatur.
7. Hymen in virginibus quid, & an ex ejus integritate reprehendatur pueram esse virginem?
8. Coherencia partium in pudendis mulieribus, nota virginitatis esse solet.
9. Stuprum est violatio integratatis vaginalis, ex quolibet congressu maris, etiam si partes integrae manent.
10. Mulier concipere potest, integro hymene permanente.
11. Corrupta puella dicitur illa, cuius pudenda integra manent, si semen virile recipiat, & concepisse appetat.
12. Pluribus modis femina concipere potest, absque fractura claustrorum pudoris.
13. Disruptione claustrorum pudoris potest dari absque detimento virginitatis.
14. Exemplum virginitatis corrupte, integris partibus pudendi manentibus.
15. Virginem impregnans licet claustra pudoris non corrumpat, tenetur eam aducere, vel dotare.
16. Et prolem ex ea suscepit alere.
17. Argumenta per possibile in criminalibus inutilia sunt.
18. Nisi plura, & proxima concurrant, ibid.
19. Cohabitatione in eadem domo non facit indicium ad copulam inter famulam; & dominum.
20. Amputato radicis pene, homo redditur inutilis ad stuprum.
21. Negativa coarctata per rei evidentiem resultans, pravalet affirmativa.
22. Conceptus absque viri reali congressu ridiculus est, nisi ope demonis incubi.
23. Viri quibus penis amputata non omnime fuit, possunt generare, illi vero quibus radicis abscissa, minime.
24. Semen inutile redditur si spiritus per refrigerationem evaporentur.
25. Decisio Aule.

PELLA quædam, contra dominum querelam stupri proposuit, eo quod viduus factus, eam secum in eodem lecto cubare compulsa, virginitatem corruperat & gravidam reddiderat, sub promissione ducendi: tempore puerperii necessaria ministrando ac prolema tanquam propriam agnoscere

agnoscendo, & cum promissa adimplere nollet, condemnari ad poenam Canoniam, & alimenta praestandum infanti, ac sibi postulabat. Per contrarium Sartor, & dominus accusatus, omnia prælibata neganda, impossibilitatem stupri, & generationis allegabat, ex quod pene sibi multis annis retro amputaverant ob morbum gallicum, quo laboraverat. Medicus, & Chirurgus qui haec exequuti fuerant contestes ita deposuerunt, & ab aliis judicialiter inspectus, repetitus fuit pene radicis abscissa, sed superstitionibus testiculis, & inhabilem omnino ad stuprum retulerunt, habilem ad spermatizandum, quamvis sibi videretur inutilis ad generandum. Replicabat puella lachrymarum ingenti copia maledicta genis, ab eo gravidam effectam, Deum ultorem ad poenam persidia implorando, atque infantulum recentet natum offrendo, ut cum saltem aleret, etiam si nuptias detrectasset. Quæ tali affectu exprimebantur, ut verosimilia dicere, omnes crederent. Dubitabatur quid iuris in hac aincipiti Controversia.

Pueræ facebat ratio possibilis generandi pene abscissa, nam licet regulariter ad generationem requiratur commixtio corporum maris, & feminæ, ut omnes Philosophi tenent, quorum antesignanus fuit Aristot. *lib. 2. de generat. animal. cap. 4.* & quoad nos probat Text. in l. I. *S. ius naturæ, ff. de just. & iur. Principiis. de juri nat. genti. & civil.* Ubi communiter Doctores, tamen simplici genitalium approximatione, vel utcumque semen prope muliebre vas ejiciatur, virtute attractiva uteri potest in eo introduci, & generare: sic tenuerunt Averroes, *lib. 2. collectan. cap. 10.* Sanctus Thomas, *1. part. quest. 51. art. 3. ad 6. & quodlib. 6. artic. 18.* S. August. *lib. 5. de Trinitate. 5. & lib. 15. de Civit. Dei, cap. 29.* Niderus in *formicar. lib. 5. cap. 10.* Abu-lens. in *Genes. c. 6. in princ. verb. incubo.* Donat. *Lufitan. in Cœnur. curat. 36.* Albertus Magn. *lib. de formas. homin. cap. 1.* Simon. Maiol. *dier. canicular. lib. 2. coll. 3.* Bernard. Diaz, *in pract. crim. cap. 83. numero 10.* Torreblanca de *magia. lib. 2. cap. 30. numero 32.* & de *jur. spirit. lib. 5. cap. 2. numero 13.* Martin. Delrio, *lib. 2. disposit. magicar. cap. 15.* Fragoso, *de reg. reip. Christ. part. 1. lib. 2. dis. p. 4. numero 65. cum sequent. Sanchez. de matrimonio. lib. 7. d. 113. numero 10.* Qui de Dæmonc inca-

Mm 4 lib. 2.

bo semen virile appropinquante celebraret, de puella sperma attrahente in balneo, de filia recumbente cum patre, & aliis similibus exempla proponunt. Quæ licet vana, & fabulosa videantur Torreblanca, ubi prox. & Paulo Zacchia, in *quaest. Medico. leg. lib. 3. tit. 2. quest. 8. ex numero 10.* tamen ipse fateatur cum Maio- lo, Silvio, Schenki, Fortunato, Fidelio, Savonarola, & Riolo, posse generare viros pene penitus ferme abscissa, ob validitatem residui penis, ejaculationem spermatis, & vis attractivæ quam naturaliter uterū habet, ut videre licet apud eundem, *dicit. quest. 8. num. 4. & 18.* Cum autem in nostra specie constaret de cohabitatione diuturna solius, cum sola, in eadem domo, vive habitaculo (licet non de pernoctatione in eodem lecto) de retentione toto tempore imprægnationis, de ministratione necessariorum tempore editionis partus; & nihil dicretur de in honesta vita puellæ, vel de præsumpto auctore ipsius partus; sequebatur quod sartor eam stupraverat, atque gravidam reddiderat, cum residuo penis.

Et quamvis ratione impotentia, non posset tumpete claustra pudoris per violentum accessum: ad hoc ut stuprum committatur, non est necessaria omnimodo materialis corruptione partium; sufficit enim quod vaginalis integritas per aliquem accessum cum seminis emissione, ut colligitur ex Text. in *leg. inter liber. 6. S. 1 ff. ad leg. Jul. de adulter. c. lex illa 36. quest. 1.* pluribus Petri. Gregor. Syntag. lib. 36. cap. 9. numero 5. Farin. *quest. 147. numero 4.* ex nostris Joan. Gutiér. *lib. 1. Canonicas. cap. 37. numero 2.* Et ad hoc, ut integritas vaginalis corrumptur non requirit materialis effractione claustrorum pudoris, in cuius exteriori parte adestratum hymen, quatuor carunculis, totidemque membranis, ligatis, flosculum representans (non alicius pellicula internæ raro repertæ, membrana, ut aliqui opinati sunt) quod est nota Virginitatis, ut docte probant Sevet. Pinæus, *lib. 1. de not. virgin. cap. 5.* & Paulus Zacchias, in *quaest. Medico-legal. lib. 4. tit. 1. quest. 2. numero 4.* sive fit coherencia partium pudendi muliebris, nondum maris experie, ut Zacchia vel Pynæo non viso, tenuerunt Fontanella de *pact. nuptial. tom. 2. claus. 5. gloss. 5.* parte 2. numero 66. Torreblanca, *de magia.*

tib. 2. cap. 19. num. 10. & de jur. spirit. lib. 8. 3. cap. 15. num. 17. & Thomas Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 14. num. 1. Sed ex quolibet simplici accessu viri cum seminis ejaculatione quo integritas corrumpitur, ita ut amplius virgo dici non possit. Quia integro hymene permanente, vel cohaerentia partium non vulnerata, potest virginitas corrumpi, & 9 puella concipere, ut pluribus probant Pineus dict. cap. 5. & 6. atque Zaccias d. lib. 4. tit. 2. quest. 1. ex n. 28. Vel quia hymen seu unio dura admodum, resistit congressui, & illæsa permanet; vel quia penis debilitate penetrari non possit, licet semen ejaculatum per orificio attrahat, ut Medicis pertissimi pluribus rationibus, atque experimentis demonstrant, & quotidie in forensibus controversis appetit, nam qui potens quoad unam fuit, quoad aliam impotens videatur: Text. in cap. 2. 33. quest. 2. c. fraternitas de frigid. & maleficat. ubi Doctores plura colligens Sanchez, d. lib. 7. disput. 93. ex n. 10. Martin. Perez, de matrim. disp. 37. s. t. 5. n. 1. & August. Barbosa, in dict. cap. fraternitate. Si enim hymen, vel partium cohaerentia disrupta à congresso non possit, & intra uteri collum semen ejaculetur, & uterus 11 attrahat per orificium, potest puella concipere, etiamsi non penetratur. Similiter si vir penem habeat admodum brevem, ita ut labra, vel nymphas non transgrediatur, vel sic tenuem, ut orificium dilatare non possit. Vel si virgo cognoscatur quando menstruus sanguis fluit eujus humiditate partes laxantur, & viti congressum admittunt absque aliquo dilaceratione, ut doct. probat Zaccias, d. qu. 1. ex n. 29. Et per contrarium 12 claustra pudoris disrupta esse possunt, & puella virgo permanere, quod evenit quiores non virili accessu, sed alio modo claustrum pudoris disruptum, virgo namque remanet non secus ac si pedem, manum, brachium, vel crux disruptisset, ut docent. S. Augustin. lib. 1. de Civit. Dei, cap. 18. D. Thom. 2. 2. g. 152. art. 1. ex Jurisperitis Mafardus, conclusione 1412. n. 7. & ex Medicis Zaccias, d. qu. 1. n. 4. ex his scitissime Pineus dict. lib. 1. de not. vir. cap. 6. dum narrat duas historias ad probacionem integratatis partium remanentis post congressum viti, menstruis profluentibus: in secunda dicit, quod mercator qui

puellam honestissimam duxerat, & in primo congressu habito menstruis profluentibus, partes laxatas humiditate sanguinis reperit, de virginitate uxoris dubius, procul recessit ea gravida relata, & post viginti dies reversus ad amplexus sic arcetas partes invenit ut opus veneris perficere non posset: & addit hæc verba: *virgo corruptam & corrupta virginem referebat.* Et ipse Zaccias d. 14 lib. 5. tit. 1. quest. 3. n. 12. afterit aliquando evenire, quod nota virginitatis remaneant in hymene, aut in totum, aut in parte usque ad primum partum. Ex quo resultat, quod signum evidens virginitatis reperi non posse, ut doct. nota Cujacius, lib. 17. obseruat. cap. 27. in fin. quem plures ex nostrat. sequuntur: unde proverbialiter dici solet: *quod sepe fallit manus, vel oculus obstetricis, desumendo verba Cypriani, in cap. nec aliqua 427. q. 1.*

Quibus positis, clarè jam sequitur 15 quod reus de quo agimus dum amplexus hujus pueræ repetebat, vi cretio-nis, pene remanentis parte aliqua produc-ta, opus veneris perficere potuit; ac semen ejaculare in orificio vulvæ, licet eam non penetrasse: & ipsa vi attractio-nis concipere, prout cum effectu concepit. Ac per consequens pueræ virgi-nalem integratem corrupisse: in quo es- 16 sentia stupri consistit, ut ex dictis abunde resultat. Ex quibus pueram duere vel dotare tenebatur, iuxta Text. in cap. 2. de adulteri, cum aliis pet me notatis suprà contr. 51. ex n. 4. & infantulum ale-re tanquam filium, ex Text. in cap. cum haberet, vers. sollicitudinis tamem, de eo qui dux. in matrem. cum pluribus adductis per Thesaur. decis. 3. n. 7. & in terminis Berlich. practicabil. conclus. part. 5. concl. 38. num. 4. Carpzov. in pract. crim. part. 2. qu. 68. n. 123. cum duob. seqq. & Barbos. in collect. dict. Text. num. 4. qui plures ex nostratis referunt. Quod enim reus haec patrasset, probabatur ex cohabitatione diuturna solius cum sola, ex relatione stuprum passæ, ex tolerantia totius temporis imprægnationis, ex praestatione necessiariorum tempore puerorum, & ex honesta vita pueræ, quæ omnia conducunt, ut notavi, contr. prac. num. 6. cum seqq.

Verum his non obstantibus absolu- 17endum fore aula decrevit: quia omnia argumenta pro pueræ adducta possibili-tem

tem generandi in eo cui penis abscissa fuit adstruebant, sed non quod actu genera- 21 sset, vel aliquam commixtionem, cum illa habuisset; quod necessarium erat, ut de stupro teneretur, ut pluribus probant Jul. Clar. in §. stuprum, num. 2. Mafard. de probat. conclus. 1337. num. 1. cum seqq. Bajar. ad Clar. d. §. stuprum, num. 5. Farin. quest. 136. num. 1. & q. 157. ex num. 130. Anton. Matth. decrim. lib. 48. ff. tit. 17. cap. 6. num. 1. Berlich. dict. conclus. 38. num. 49. Boët. decisione 299. ex num. 1. Thesaur. dict. decis. num. 4. Carpzov. parte 3. quest. 114. num. 35. sed ad rem mirabiliter Scaccia, de re judica-ta, Gless. 14. g. 21. ex num. 18. & Rora apud Farin. post. tom. 1. concil. crimin. de-cisione 69. per tot. Licet enim stuprum ut ex altera copula difficultis probationis sit, ut alibi dixi, & in hoc casu pueræ in domorei habitatet, atque dicere se ab illo cognitam fuisse ex ea concepisse, non esse credendam docuit Baldus, in lib. filium, & ff. de his qui sunt sui. vel al. jur. num. 17. latè Nicol. Boët. decis. 199. n. 21. & pluribus Berlich. dict. conclus. 38. nu-mer. 50. & ratio est, quia illæ pueræ quæ serviendo visitant, alimenta sibi, & in-fantulis absque onere serviendi quæ-runt, culpam in dominos reторquendo, quod facilè concedendum non est, ut Boërius ibidem nota. Si enim cohabitatio cum solis dominis, indicium faceret plures convicti absque culpa remanent. Quibus addebatur exclusio resul-tans ex relationibus peritorum, per quas constabat penem radicium amputatum fuisse, ita ut impossibile stuprum esset, & per difficultis generatio: quibus in his credendum est, ex traditi per Farinac. in repertor. in d. quest. 93. per tot. cum aliis à me collectis, 2. tom. de Reg. Val. cap. 8. §. 5. ex num. 21. Et cum hæc probatio favorabili reo sit, ei standum esse omnes concludunt, quorum plures ad-ducunt Guazzin. defens. 29. c. 3. ex n. 1. & Carpz. d. q. 114. num. 56.

Quibus adtipulabatur, quod ex te-stibus deponentibus se amputasse penem reo, per decennium antecedens, & ex relationibus peritorum per rei eviden-tiam constabat de negativa coarctata (licet per modum durissimum probandi) cui credendum est magis quam testibus five presumptionibus, affirmativam ad-juvantibus, ut docuit Baldus, in cap. cum in tua, num. 1. vers. item numerus de testib. Immola, Aretinus, Abbas, Ananias, Fe-

linus, Cortus, Pacianus, & alii plures adducti per Farin. quest. 65. num. 222. cum sequentibus. Guazzin. defens. 28. c. 1. num. 13.

Neque his obstant exempla foeminae 22 rum, quæ gravida effectæ fuerunt ab-sque virili congressu. Nam ferè omnes Doctores allegati, suprà num. 2, ridicu-lum reputant simile assertum, nisi in ca-su dæmonis incubi, quod adhuc impos-sibile reputant Torreblanca, & Zaccchia. Et ea quæ de vitis abscissa pene gene-rationibus dicta sunt, num. 3. procedunt, quando non omnino abscissa fuit; in quibus terminis Zaccias, & ceteri lo-quuntur, & non est mirum, quia quælibet pars remanens altera vi ergendi potest extendi, ita ut capax fiat emit-tidì de semin in finu pudoris, & ab eo in uterum attrahi; sed in nostra specie penis abscissa radicium fuerat, neque vi crea-tionis aliquid à corpore extendi poterat, quia cicatricis vinculo inguinibus innexo impediatur, ut periti retule-runt: quare difficultissima generationem af-ferebant: quia emissio feminis non poterat dirigi intra pudendum, sed ut pluri-mum fieri poterat in labris five nymphis, vel clitoride: & dato quod ab ea parte atraheretur intra uterum inutile rema-neret ad generationem, evaporatis spi-ritibus subtilissimis, quibus constare debet, per quamlibet refrigerationem, ut accidit in his qui latiori pene sunt pre-diiti, ut cum Arisfole, Mercuriali, Lau-rentio, Maiolo Delrio, Montaña, Bave-rio Savonarola, Montinello & Heuch-erio probat Zaccias, dict. quest. 8. n. 10. cum seqq. & ex nostratis Torreblanca d. lib. 2. de magia, cap. 30. num. 40. & lib. 5. de jur. spirit. cap. 2. n. 36. cum seq. Et sic reus fuit absolutus, & pueræ in ex-pensas condemnata, sententiâ dici Septembri anni, n. fallor, 1665.

CONTROVERSIA LIV.

De stupro virginis immature per ser-vum attentato, & de servo Fisco donato, ea conditione ut ad triri-mes mitteretur.

SUMMARIUM.

1. Facili species proponitur.

2. Domini